



kat.komp.

24844




I Mag. St. Dr. P






24844

I





1895. XII. 29 30 Kop
I. N. I.

DISPUTATIO
DE

23
A QVA SANGVINEA
MARIAEBVRGBENSI,

VULGO

Bon dem

in Blut verwandelten Wasser
bey Marienburg /

QVAM

SVB PRÆSIDIO

DNI. GEORG. PETRI Schulken /

PHIL. & MED. DOCT. NEC NON P. P. O.

DOMINI PATRONI, FAUTORIS
ET PRÆCEPTORIS SUI

OMNI HONORIS CULTV PROSEQVENDI

DIE xxviii MAII A. M. DCCXVI.

IN AUDITORIO MAXIMO

PUBLICÆ DISQVISIONI SVBMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS

MICHAEL ADAM GVSOVIVS, MARIAEB. PRVSS.
GYMNASIO VALEDICTVRVS.

THORVNII,

Impressit Joh. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typogr.

DISPUTATIO
DE
AQUA SANGVINEA
MARIAE BVRGENSI

AVGVSTVS
M.D.C.C.C.

AVGVSTVS
S.V.B. P.R.A.E.S.B.I.D.I.O.
P.ET. GEORG. PETRI C. O. P. U. L. I.
D. O. M. I. N. I. P. E. R. O. N. I. F. A. M. I. L. I. A. E.
P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. S. S. I. L. I.
O. M. N. I. U. M. P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. U. M.

248447

IN A. R. C. H. I. V. O. M. A. R. I. N. O.
P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. U. M. S. T. A. T. I. S. T. I.
O. V. E. N. S. I. U. M.
M. C. H. A. E. L. A. E. P. I. S. T. O. P. O. L. I. T. I. C. A. E.
C. I. V. I. T. A. T. I. S. T. A. T. I. S. T. I. C. A. E.



T. H. O. R. N. I. L. L.
P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. U. M. S. T. A. T. I. S. T. I. C. A. E.



CAPVT I.

§. I.



Riusquam de ipso Themate huius
Dissertationis agam, amore patriae
ductus ex Historia de Civitate Mari-
aeburgensi nonnihil praemittendum
esse duxi. Quo tempore, Anno &
loco Mariæburgum sit condita, cer-
ta & indubitata res non est inter hi-
stóricos. Dusburgius in Chronico
Prussiae p. 283. annotavit sequentia: *Anno 1280 castrum
Santyrrii mutato nomine & loco translatum fuit ad eum
locum, ubi nunc situm est & vocatum nomen eius Mergen-
burg, id est, Castrum S. Mariae, ad cuius laudem & gloriam haec
translatio facta fuit.* Clarius modum foundationis proponit
Hartknochius in *Alt und Neuen Preussen* fol. 405. his verbis:

Mit

Mit der Fundation gieng es folgender Gestalt zu. Der Hertzog aus Pommern Swentopelus hatte schon An. 1244 in dem ersten Abfall der Preussen im grossen Werder an dem Ort, wo die Weichsel und die Nogat sich scheiden, eine Festung gebauet, und hat ihr den Namen Zantbier gegeben. Aus derselben that er den Kauffleuten und andern, die da zu Wasser reiseten, viel Schaden. Als hernach der Frieden mit ihm geschlossen worden, kam diese Vestung in des Ordens Hande. Weil aber dieses Schloß an keinem gelegnem Ort gebauet war, hat es der Hohemeister Hartmann von Heldringen An. 1280. oder 1281 lassen abbrechen, und ein anderes aufgefuhret an dem Ort, wo jetziger Zeit das Schloß Marienburg noch stehet. Doch war dazumahl nur der erste Stock gebauet, welcher heutiges Tages das alte Schloß heisset.

§. II. Ex quibus allatis cognoscimus, quod licet absente tamen concedente Magistro generali Ord. Teut. Hartmanno Comite de Heldringen, disponente vero & dirigente Mangoldo de Sterenberg XI. Mag. Provinciali Pruss. sua primordia ceperit Mariæburgum. Conf. Dusbürg. l. c. Num vero Civitatis & Arcis æqualia fuerint jacta fundamenta, inter eruditos lis est. Hartknochius l. c. existimans non ita diu post fundamenta arcis jacta etiam urbis condendæ esse factum initium, de vero & genuino fundatore his disputat verbis: Die Stadt wird auch bald hernach angeleget seyn von dem Landmeister Conrad von Tierburg dem Jüngern, welcher An. 1283 Landmeister worden. Ich habe zwar das erste Marienburgische Fundations-Privilegium gelesen, darin stehet, daß es Conrad von Tierburg An. 1276. 5 Kal. Maii gegeben habe, und also wäre daraus zu schliessen, daß die Stadt noch vor dem Schlosse gebauet sey, und daß das Privilegium Conrad von Tierburg der ältere gegeben habe. aber weil weder Dusbürg, noch
irgend

irgend ein ander unserer Preussischen Geschicht-Schreiber gedencken, daß die Stadt Marienburg solte alter seyn als das Schloß daselbst, vermeine ich, daß die Fahrzahl von dem Abschreiber aus dem Original, so ich recht gesehen, ubel nach geschrieben, und daß dieses Conrad von Thierburg der Jüngere sey. Verum enim verum cum certum sit & quotidie eveniat, ut Privilegia recens condendarum Urbium, Universitatum &c. ante exordia publici juris fiant, ex eo, partim ut scire possint exteri subditique, partim etiam ut spe immunitatum & beneficiorum, quæ in privilegiis subinde promittuntur, eo promptius, citius & alacrius ad locum indictum confluant: hinc existimamus non urgere necessitatem, ut cum Hartknochio idem tentiamus, vel adeo de emendando vel excusando anno & Authore Privilegii foundationis simus solliciti. Tantum observandum esse ducimus, ne error alius oriatur de Conditore Mariæburgi, & Livoniæ Arx cum Prussiæ confundatur, quod monet Schutz. l. c. f. 76. his. p. 76. An seine Stelle ward gewehlet, der sechzehende Hochmeister Ditrich Græve von Aldenburg, ein achtzigjähriger Mann, der zu vorn eine geraume Zeit Landmarschalck gewesen war. Diesem Hochmeister legen etliche Croniken bey, daß er habe das Schloß Marienburg den Hochmeister-Sitz ersten mit Mauren, Graben und Thürmen bevestiget, und darinne die Kirche gebauet, auch ersten die Brücken daselbst uber den Nogat geschlagen, und die beyden Schlößer Dantzig und Schwetz auff's neue bevestiget. Was Marienburg belanget, achte ich daß es mehrern Theils für ihm geschehen sey, und der Irrthum daher in die Cronicken komme, weil er Marienburg (nicht in Preussen) sondern in Lieffland gegenst die einstreiffenden Litthauen ersten gebauet hat. Wie an seinem Ort bald hernach wird zuersehen seyn. Idem pergit fol. 77. In diesem Jahr (scil. 1336.

umb Pfingsten bauete der Hohnmeister (Ditrich von Aldenburg) die Festung Marienburg in Lieffland gegenst der Ungläubigen Ausfälle, auff ein Werder Romayne genandt, zwischen Velun und Beisten, welchen Bau sich die Unchristen unterstunden zu verhindern, samleten sich auch dermassen starck zu hauffen und nöthigten die Christen mit Gewalt, daß sie für dießmahl den Bau unterlassen mußten.

§ III

Arcem Zanthir dictam, Schwentopelcus Dux Pomeraniæ Anno 1244. in eo loco, ubi Vistula partem aquarum suarum dividit cum Nogato, exstruxit in bello truculento, quod cum Ordine Teutonico feditiosorum Prussorum auxilio adjutus gessit. Quod Hartknochius in notis ad Dusbürgium his verbis pag. 238. annotavit. *Santhirium situm erat eo in loco ubi Vistula & Nogadus confluunt: Ut & Schutz in Chron. Pruss. fol. 27. Und damiter genseit der Weiffel desto besser mächte einwurtzeln, so bauete er ein neues Schloß Zanthier, an den Ort, da der Nogat und die Weiffel zusammen kommen, darumb nicht leichtlich die Schiffe und Weiffel-Kabnen ungeplündert vorbey lauffen künnten, thate auch daraus denen, die sich des Strohmies gebrauchten, manchen grossen Schaden. Quod testatur hanc arcem eo animo exstructam fuisse, ut hostibus præ-navigantibus maximum ex ea damnum possset afferri. Hinc & occasionem hanc bene observarunt & commodo illo, quoties occasio nocendi se obtulit, usi sunt, quod Schutzius l. c. sequenti folio comprobat. Mittler weil waren die Elbinger so belagert und umgeben daß ihnen gross Mangel an Proviant zustunde, darumb der Land Meister einen Kriegs Obristen Bruder Conrad Brehmer mit 3 Schiffen, die mit allerley victualien beladen, und mit gutem Kriegs Volcke besorget, ihne*

ihnen zum Entsatz zufertigte, welche als sie bey die Festung Zanthier kommen, wurden von 20. Kahnen des Schwantepols Volck angerennet.

§. IV.

Hinc patet, quod omnino in satis pro conditione temporis & propositi munito atque utili loco castellum hocce fuerit litum. Quæ graves vero causæ moverint Ordinem, ut hanc arcem vel Castellum destruere & in alium transferre locum voluerint, non determinabimus. Eadem fere de aliis Prussiæ urbibus & arcibus passim in historicis prussicis leguntur. Sic de Thorunio Tit P. Domini PRÆSIDIS Schediasma Historicum I. *de Memorandis Thorunenfitus* §. 1. conferri potest. De Culmia Clariss. Hartknoch. *In A. u. N. Pr.* p. 373. De mutato loco Regiomonti legi potest Schutz. in Chron. Pruss. t. m. 37. nec non de Beyersburgo Idem l. c. f. m. 80. De transpositione autem Arcis Zanthir Conf. Clar. Hartknoch l. c. f. 405. cujus verba jam §. 1. adduximus.

§. V.

Singulare est quod gentiles & Ethnici plerumque Nemora, Arboreta & arbores elegerint, in quibus Diis suis cultum exhibere possent. Quoniam enim putabant Deos muris atque parietibus ob suam immensitatem includi non posse, sed potius sub dio colendos esse; hinc in sylvis, arboretis atque collibus Deos suos adorarunt, iisque altaria in quibus simulacra Deorum erigerent, exstruxere. Postmodum vero cum animadverterent variis tempestatibus corrumpi simulacra, tectis & sepibus contra cœli injurias ea præmuniebant, quæ tandem post longum temporis usum in domos atque templa amplissima sunt commuta-

mutata. Egregie de his scribit Plinius, in H. N. l. xii. Cap. 1. De arborum honore: *Hæ suere Numinum templa, priscoque ritu ut simplicia rura, etiam nunc Deo præcellentem arborum dicant: Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos & in iis silentia ipsa adoramus.* Arborum genera Numinibus suis dicata perpetuo servantur; ut Jovi esculus, Apollini laurus, Minerva olea, Veneri myrtus, Herculi populus: Quæ & Silvanos, Faunosque & deorum genera Sylvæ, ac sua numina, tanquam & cælo attributa, credimus. Et Seneca Epist. 41: *Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum cæli densitate ramorum aliorum alios protegentium submoventes: Illa proceritas silvæ, & secretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam densæ atque continuæ, fidem tibi Numinis facit.* Germani præcipue quercus sacras habebant, testibus Plin. l. XVI. cap. ult. Crantzio Vand. l. 6. c. 23. quas singularibus ritibus sacrabant, quos Cromerus recenset l. 15. Lege, quæ de quercu egregie coæcervavit Schedius de D. G. lib. ii. c. XXIV. inde forte factum, quod Muhammedes sub arbore inauguratus fuerit, ut prodit Elmâcinus, lib. i. Hist. Sarac. Cui autem Deorum singulæ arbores sacrae, videtur apud Benedictum Curtium, lib. III. de hortis: & Meursium f. in Arboreto sacro: Item cur arbores & silvæ sacrae scilicet propter umbram, apud Wouwerium in Pægnio, c. IX. Celeberrima porro Tempia, in quibus oracula olim responsa dederunt, Silvas habuere adjacentes; hic Oraculum Trophonii, Delphicum & Jovis Hammonis, de quo Curt. lib. 4 c. 7. scribit. Tandem ad sedem consecratam Deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita, undique ambientibus ramis vix in densam umbram cadente

cadente solē, contestata est. Quod vero in ejusmodi solitudi-
nibus vastis & silvis densis templa illa exstructa fuerint,
fortitan propterea factum est, ut sacerdotes
in solitudine & silvis eo magis fraudes suas tegere potue-
rint; hinc quoque iis in Regionibus præcipue, quæ
silvestres & montanæ erant, quæque cryptis, cavernis, &
speluncis abundabant, reperiabantur. Confer Antonii
van Dale elegantissimas dissertationes de Oraculis; dissert.
I. cap. 3. In iis locis quoque reddebantur Oracula atque
responsa, quæ tamen non a Dæmone, sed potius Antisti-
tum astutia profecta videntur. Si paululum saltem in-
quirimus in eorum ritus atque artes, qua ratione nimi-
rum consulentes responsionibus ambiguis deceperint, eos
per certos ritus eum in finem effectos, in anteriori parte de-
tinuerint priusquam ad Oraculum consulendum admit-
terentur, ut per confessionem peccatorum, per Quæsti-
unculas curiosas, narratiunculas atque circumductiones
aliquid eorum, quorum causa advenerant, elicerent,
quæ postea ad Antistites & sacerdotes deferebantur, ut
sic præmeditari, qualia responsa essent danda, possent,
omnino fraudes atque imposturas Sacerdotum deprehen-
dimus. Imo adeo astuti erant hi fraudulenti Sacerdotes,
ut non quemlibet admitterent, sed si quem forte suspica-
rentur advenisse, ut in fraudes eorum curatius
inquirere vellet, eum dolose interfici curarunt, ne forte
eorum fraudes, ex quibus maximas capiebant opes &
munera, detegerentur. Ad intima vero Oraculorum ne-
mo, nisi interdum Reges, quos ob summam potentiam
admittere debebant, perbucebatur. Et si qui ex singu-
lari quadam gratia alii divites (qui egregia sacrificia atque

munera porrexerant) propius ad ista adyta admittebantur, ita ut introspicere possent, variis tamen rebus atque artibus prospectus impediabatur, quod modo allegatus Auctor l. c. cap. 4. de Pythiæ Oraculo his observat verbis: *Ac quamvis forte aliqui ex singulari quadam gratia vel alia ex causa, dum ad hanc cellam pervadebant, transirent propius ad ista adyta, ita ut in illa aliquomodo introspicere valerent; illa obsepta erant laureis frondibus atque obnubilata fumigationibus, ut visus illorum eo satis juste ut aliquid ibi curatius observarent, istis plane praeperiretur.* Hinc & prudentiores Ethnici inter quos Philosophi, inprimis Cynici, Aristotelici aliique quam plurimi hæc deriserunt, ac omnia Oracula, cum rei veritatem sat clare perspicerent contemptui atque ludibrio omnibus exposuerunt. Cic. lib. 2. cap. 55. de divinatione hæc habet verba: *Eodemque modo nec ego publice nescio cui, nec Martis Vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo, quorum partim ficta, partim effutita temere nunquam ne mediocri quidem non modo prudenti probata sunt.* Conf. præterea Dan. Clasen de Oraculis Gentilium Cap. XIX. *De iis qui ludibrio habuerunt Oraculum* & Cap. XX. *de iis qui plane contempserunt Oracula.*

§. VI.

Qua ex re quoque Deus Ter. Opt. Max. Populo suo Judaico olim arbores ad altaria plantare serio interdixit Deut. 16. 21. *Non plantabis tibi lucus, ullam arborem, seu ex ulla arbore, juxta altare Domini Dei tui, quod facies tibi.* Quoniam ritus hic erat Idololatrarum & Gentilium, adeoque Deo non placuit pari modo cum idolis coli. Propterea populo suo mandavit ut Silvas paganorum exscinderent & concremarent.

Deut

Deut. 7. 4. Seldenus De jure .N & G l. 2. c. 7. pag. 14. dicit, quod adeo sancte ipsis Iudæis a Deo fuerit interdictum, ut nec Umbra ab ejusmodi arbore procedente ipsis frui liceret: Nec per lucum transire fas esset: nisi alia non pateret via; Nec volucrum in eo nidificantium tum ova, tum pulli teneriores, in esum adhiberi possent. Porro nec lignari ex ejusmodi silva, nec panibus in Turno inde calefacto coctis, aut eibis sic elixatis assatisque, nec cinere ligni combusti uti deberent. Cur vero Deus Opt. M. tam serio populo Judaico id prohibuerit, DIETERICUS in antiquit. Bibl. Ex Deut. XII. v. 3. p. 266. his verbis proponit: *Itaque cum illi Cananæi sua idolorum Altaria & templa frequenter in lucis montibusque amœnis erigerent, ut ab omni illa Idololatrarum imitatione esset remotior gens Judæa, universim prohibet in lege, simile quid introduci indivini cultus societatem Deus O. M. dicens Non plantabis lucum. Noluit Deus, sui templi ambitum, aut ubi esset tabernaculum, lucis esse consitum, aut arboreulla ornari altare, ne populus ad idololatriam pronus Cananæorum ritu id videretur scissitare.*

§. VII.

Eundem fere cultum Veteres nostri Prussi cum cæteris gentilibus communem habuere, ut silvas & arbores quasdam religiose coluerint, iisdemque inviolabilitatem adscripserint. conf. Hartk. *im A, und N. Tr.* p. 120. & 121 ut & supra allegatum Excell. Domini Præsidis Schediasma. §. 1. p. 3. 4. Præcipue vero Quercus grandiores, quarum olim quatuor fuere pro sanctis habuerunt. vid. Clar. Hartk. l. c. pag. 117. & seqq. Inter quas una tantæ proceritatis & magnitudinis plane insolitæ fuit, ut in ejus cavi-

tatem eques ingredi ibique equum suum in gyrum agere
posset, quod alleg. Autor comprobat, p. 119. ubi ex Hen-
nebergi Tr. Landtaffeln, p. 472. sequentia adducit :
Die Eycbe war inwendig hol (scil. 4. Quercus in pago Oppen-
a Velau parum distante) *und so weit, daß einer mit einem*
grossen Gaul hinein reiten und darinnen sich mit dem Gaul her-
umher wirffen oder tumlen konte. Wie denn solches auch hoch-
löblicher Gedächtnuß Marggraff Albrecht der Elter, in Preußen
Hertzog, auch der itzige Blüte Herr Marggraff Albrecht Frie-
drich gethan. Sie ist aber zu vorn, da sie noch grün gewesen,
und ihre Borcken gehabt hat, 27. Ellen dick unten bey der Erden
berum zu messen gewesen, wie man das Zeugniß und Maass von
einem erbaren Rath der Stadt Welau kan kriegen, und ich selbst
von dem Rath daselbsten unter ihrem Siegel dessen ein Zeugniß
habe aufzulegen und zu beweisen. Solcher Eychen-Baum ist nun
umgefallen, hatte wohl länger stehen können, wo er nicht so gar
verdorben wäre worden: Den schier jedermann so dahingekom-
men, ihn zusehen, hatte seine Namens erste Buchstaben,
Zeichen oder Marck und Iahrzahl darin gehauen oder geschnit-
ten, daß sie also verdurren oder verderben mußte. In eiusmodi
vero cavitatibus arborum optime Sacerdotes Pruss. vete-
rum Kyrvaytæ dicti fraudes suas tegere potuisse viden-
tur, cum consulti responsa dederint tanquam ex oraculo
aliisque artibus superstitionis Prussis timorem incusserint.
Utrum vero tertia Quercus illa sacra circa Mariæburgum
sita fuerit Hartkn. Dissert. 6. §. 5. sequentibus verbis di-
sputat: *Tertia ingentis proceritatis quercus est illa, quam Cruci-*
fieri Prussiam ingressi, in modum castelli propugnaculis erectis juxta
Vistula ripam muniverant. Explodenda vero hic illorum sen-
tentia est, qui Quercum hanc eo in loco ponunt, ubi Mariæburgum
situm

situm est, in qua opinione fuit Aeneas Silvius in Descript. Europæ
 c. 29. Quem sequitur Johannes Aubanus Bohemus lib. 3. de Mo-
 ribus legibus & ritibus omnium gentium Cap. 8. In eundem la-
 pidem gradiori insuper lapsu incurrit Auctor Chronici Prussia
 Belgica lingua scripti, qui non tantum quercum illam ad Mariæ-
 burgum ponit, sed etiam sub hac ipsa antiquos illos tres majorum
 gentium Deos, Percunum, Pikkollum & Potrumpum, cultos fuisse ar-
 bitratur. Vid. Chronicon illud p. 15. Rectius sentiunt, qui cum
 antiquis Prussicarum rerum scriptoribus eam sitam esse dicunt eo in
 loco, ubi vetus Thorunium olim jacuit, videlicet uno milliari ab ho-
 dierno Thorunio, Sic enim hac de re Petrus Düsburgensis: Fr. Her-
 mannus Balk, Magister Pruschia aspirans ad negotium fidei pro-
 sequendum, assumpto sibi duce prædicto & virtute exercitus sui
 transiit Wisselam & terram Culmensem, & in litore in descen-
 sa fluminis ædificavit An. Dn. 1231. Castrum Thorun. Hæc ædi-
 ficatio facta fuit in quadam arbore Quercina, in qua propugnacu-
 la & mœnia fuerunt ordinata, ad defensionem undique indagini-
 bus se vallabant, non patebat nisi unus aditus ad Castrum.
 Continue hi septem fratres habebant naves circa se propter impetum
 Pruthenorum, ut possent navigio redire Nessoviam, si necessitatis
 articulus hoc svaderet. In successu vero temporis instituerunt cir-
 ca castrum civitatem, quæ postea manente castro translata fuit
 propter continuam aquarum inundationem ad eum locum, ubi nunc
 sita sunt & castrum & civitas Thorunensis. Hæc Düsburg,
 part. 3. Chron. cap. 1. Conf. Paullini in Philosophischen Fey-
 erabend p. 575.

§. VIII.

Inter alia memoranda Arx Mariæburgensis,
 quam Magister Hartmannus de Heldringen & post eum
 Ditericus de Aldenburg, variis turribus exorna-
 runt

runt summaque cura extruxerunt, præcipuam considerationem meretur: Ob elegantem enim concinnamque structuram suam maxime olim innotuit. Hinc Hartknochius *im A. und N. Preussen* fol. 407 dicit. *In Summa es ist vormahls dieses Marienburgische Schloß der Gröffe, Schwebheit und starcken Befestigung wegen unter die 3. vornhmsten und berühmsten Schläffer des gantzen Europens gerechnet.* Eadem pulchritudine & elegantia moti olim Magistri Ordinis Teutonici hac in arce sedem suam fixerunt; quod allegatus Auctor l. c. de Sigfrido a Feuchtwangen primum factum observavit. Distinguitur autem in veterem & novam arcem, illaque tempore Sigfridi de Feuchtwangen exstructam esse dicit Hartknochius l. c. pag. 406. Michael de Sterenberg, vero magis munita pluribusque turribus est adornata vid. Idem Hartk. l. c. p. 404.

§. IX.

In hac Arce præprimis notandus sepulturæ locus Magistrorum Ordinis teutonici, germ. *Sant Annen Grufft* dictus, de quo Hartknoch l. c. p. 406. sequentia habet: *Nach der Zeit hat Dieterich von Aldenburg der Hobe-Meister das Schloß mit unterschiedenen Tbürmen zieren, die treffliche Graben ausmauren, die Kirche zu unser lieben Frauen, welche itziger Zeit die Jesuiten inne haben, auffbauen, und unter derselben die S. Annen Grufft zum Begrabnuß der Hobe-Meister und dabey einen Gottes Acker für das Convent machen lassen.* Seriem Magistrorum hic sepulorum citat. Autor paulo post tradit: *In der H. Annen Grufft die nun offen stehet, und gar nicht in acht genommen wird, liegen folgende Hobe Meister begraben, Dieterich von Aldenburg, Heinrich Däßner von Arffberg, Winrich von Kniprade, Conrad Zöllner von Rothenstein, Conrad Tieber*

Tieber von Wallenrod, Conrad von Jungingen, Ulrich von Jungingen, Heinrich Reuß von Plauen, Michael Kückmeister von Sternberg, Paul Bellizer von Rußdorff, Conrad von Ehrlichsbaußen. In gedachter Grufft siehet man noch die Grabsteine liegen, wie wohl man sie schon nicht alle lesen kan. Hoc autem antrum sepulchrale, quod beatus Hartk. in præcedentibus suo tempore plane non curatum & neglectum scribit, nostra ætate reparatum, obseratum, & clausum est, & sic conservatur in diem hunc usque.

§. X.

Deinde quoque Carcer ostenditur, ex quo quidam Lithvaniæ Princeps, licet bene fuerit custoditus, ferreaque janua atque repagulis circumclusus, auffugisse commemoratur. Schutzius in Chron. Pruff. fol. m. 84. ad Annum 1361. multis hanc historiam exposuit verbis, quam nos quantum fieri poterit breviter explicamus: Kinstoudius in prælio quodam Ordinis cum Lithvanis commisso a tribus erat captus, atque Mariæburgum in custodiam perductus. Ibi bene custodiebatur, nemoque ad eum admittebatur, præter servum Magistri, qui captivo, ut alimenta præbere atque de die inservire posset, adungebatur. Forte Fortuna autem in muro foramen aliquod relictum erat, ut aliquid ibi vel reponi vel cistula quædam intrudi possit; Quod tamen quoniam variis tegumentis atque tapetibus, dignis captivo principe, erat exornatum, non facile observabatur. Hocce foramen tandem Princeps sollicitus de fugâ sub tegumentis animadvertens, anxius atque timidus servo isti consilium suum aperit; quem jam ante maximis pollicitationibus sibi devinxerat; qui statim promptus ad exequendum consilium tuit,

fuit atque operam suam & auxilium promisit, denique variis in carcerem dolose & clanculum allatis instrumentis reliquum murum perfodit noctuque cum principe commutatis vestibus auf fugit.

§. XI.

Essent adhuc quædam in arce veteri observanda ne vero brevitati studentes, simus nimis copiosi, Arcem novam & quæ ibi notanda veniunt, paucissimis considerabimus. Primo loco statim occurrit Cœnaculum Magistorum ordinis unâ cum fratribus solenne & publicum. De eo Hartknoch, l. c. pag. 407 hanc refert historiam. *In dem 13. Jahrigen Polnischen Kriege als das Schloß belagert ward, und der Hobe-Meister mit den vornehmsten Ordens-Brüdern auff dem langen Saal des neuen Schlosses zu Tisch saß, soll ein Verräther den Pöblen ein Zeichen mit einem ausgehangenen Auth gegeben haben, wohin er die Buchse hinrichten soll, wenn er den einzigen Pfeiler darauff das gantze Gemach ruhet, treffen, und also wenn das Gemach umhsallen wurde, den Hobemeister mit allen Ordens Herrn, so mit ihm gespeiset, tödten wolte. Der Schuß geschabe auch zwar, aber ohne sonderlichen Schaden, weil er den Pfeiler verfehlet; das Loch in der Maur wird daselbst noch gezeigt,*

§. XII.

In arce nova quoque turris quædam germ. *Buttere Milchs-Thurn* juxta Nogatum versus septentrionem sita hoc loco commemoranda venit & jamolim ob ridiculas narrationes inclaruit. Hartknochius varias, qua occasione exstructa fuerit pag. 407. in compendio collegit: dicens: Incolas pagi cujusdam *Groß Lichtnau* dicti soli fertilitate ad luxum variaque scelera atque nequitias deductos fuisse

fuisse, sic ut primo Monachum pauperem in saccum amplum conjectum in camino supposito igne suspenderint, ut ova pareret: Deinde aliquem hominem igne admotum assarint. Denique sacerdotem ad suam, quam hominem agonizantem mentiebantur, arcesserunt, ut eam ad mortem disponderet; hic autem rem falsam animadvertens simularit se aliquid domi oblitum esse, atque statim equo conscenso magistratui Neuteuchiano hæc retulerit, qui extemplo illuc profectus, ut in hanc rem curatius inquirere possët: Sed variis contumeliis ab incolis pagi exceptus & vexatus sit: Ob tales ergo tantasque nequicias loco pœnæ hanc turrim extruere debuerint, & calcem, quæ alias aqua solet dilui, lacte agitata germ. *Butter-Milch* præparare. Sunt & qui scribunt hanc turrim, butyro liquefacto ab iis totam conspersam esse, & propterea germ. *der Buttermilchs-Thurm* sive *der Butter-Thurm* appellari. Non a re nostra est plane alienum, quod de Turri Rothomagensi, quoque *Butter-Thurm* dicta, narrat Hoffmannus in Continuat. Lexic. Univers tit. Turris: idque sequentibus verbis: *Butyri Turris Gall. la Tour de Beurre, dicta est Turris Rothomagensis celsissima, ad D. Maria templum, in qua campana totius Gallia maxima, dicta George de Amboise 40. mill. librarum, fuit autem hic Georgius Urbis Archiepiscopus, circa A. C. 1500, qui cum videret, diocesin suam adeo olei laborare penuria, ut vix sufficeret tempori quadragesimali; hujus loco Butyri eis usum concessit, ea tamen conditione, ut singuli penderent obolos 6 Turinenses, ex qua collata pecunia Turrim hanc extrui curavit; cui inde a Butyro nomen.* Conferri quoque potest Beckman. in hist. orb. Terr. c. 6. S. 1. p. 169. Hac occasione mentionem injicio Turris, admiratione dignissimæ,

in *Muris civitatis nostræ Thorunensis Germ. der krumme Thurn.* quæ dicitur, & loco Carceris timetur. Artificio quodam architectonico singulari eam esse extructam nullus dubito; cum ipsa structura interna externaque hoc facile confirmet; ut hinc Pysani in Italia non habeant, quod tanto pere turri sua incurvata quasi superbiant, cujus descriptionem, cit. Hoffmannus in *Lex. Universi* dedit hanc: *Turris Pisana non ad perpendiculum, ut fit, sed maxime proclinata ac velut ruinam minitans, jamjamque casura, ab Artifice extructa est; teres columnisque clavicularum in morem circumplexa: inquam cum adscenderis mirum in modum timebis, ne illa probatur teque ruina opprimat. Interim eo habitu, quo nunc est, primitus fuisse extructam neque terræ motuum injuria, ut quidam ventur, aliquando nutasse & a perpendiculi statu esse dimotam: probant fenestrarum ostiorumque limina & ea foramina, quibus tiggilla tabulatorum cum construerentur, quiescebant, & sustinebantur; plana enim sunt, non deversa, atque ad libellam consistunt.* de hac turri legi quoque potest Paulinus in *der Zeic kurzenden erbaulichen Lust* part III. p. 165.

§. XIII.

Notissimum est ex historia Prussica, quod Ordini Teuton. universa Prussia olim paruerit subjecta, & Anno 1454. demum Quidam Status ordinesque Prussici ab eo recesserint, quos Vnio sancta conjunxerat. Hi eodem anno quibus verbis ad Magistrum Gener. Ord. Ludovicum de Erlichshausen in Arce Mariæburgensi dederunt litteras scriptas, memoriæ prodidit Schutz, l. c. f. 208 quas ob multifarias rationes huic Disertationi inserere licebit. Hæc vero sunt verba:

Dem

Dem Ehrwürdigen Herrn Ludewig von Ehrlichshausen, Hochmeister Deutschen Ordens.

UNsern Dienst als es itzund gewand ist zu vor, Ehrwürdiger Herr Hochmeister, nach euer erwelung zu einem Hochmeister, habt ihr von uns erfordert die Huldigung, darzu wir uns willig ergeben, so ferne uns Euer Ehrwirden bey unsern alten Rechten und Freyheiten wolte lassen, und eine gemeine Tagesart halten zu richten Gewalt und Unrecht, welches wir, dieweil ihr unser Herr gewest seyd, wielmahl gefordert haben, es möchte uns aber nie geschehen, und habt uns der geschehenen Dinge, darauff nie wollen beystehen, wiewol wir auff solche Zusage eure Manne geworden sind, und auch geholdiget haben, des so hat Euer Ehrwirden auch gelobet uns zu halten für Eure lieben Getreuen, darüber hat Euer Ehrwirden uns lassen schenden, Lestern, Unehren, Meineyd und Verraterey zugelegt, und uns für Eigen gesprochen, so doch unsere Vater und Vorfahren dem Orden je und allewege getreue Dienste gethan haben, dis aber alles nicht angesehen, habt ihr viel lasterlicher Schrifften von uns Kaysern, Königen, Fürsten, Herrn, Gemeinden und Städten übergeben, Hülff und Beystand bey ihnen wider uns gesucht, durch Eure Gebietiger und sende Boten, die das durch Eure Credentie und macht Brieffe gethan haben, auch uns beleidiget an unsern Gerichten, Leiben, Ehren, Gutern und Würdigkeiten wider eures Ordens - Brieffe und aller Gebietiger Siegel, auch eure getreue Manne, als Hans und Gabriel von Baysen in frembden Landen durch eure Gebietiger und Amptsleute erlaubet haben zu fangen, bestriicken, beschatzen und berauben an Leibes und Gutes sicherheit. Auch haben wir, furnehmlich der Kauffman, euch keine Beschwerung, Hülffe noch Rath weder zu Lande

noch zu Wasser mögen haben, sondern uns vielmehr Gewalt und Ungerechtigkeit von euch und eurem Orden geschehen ist. So sagen wir Ritterschafft und Städte des Bundes in Preussen Euer Ehrwürdigkeit auff, Huldigung und alle Pflicht von der Huldigung, und wollen damit durch diese unsere Aufffassung dieses Briefes uns mit allen denen die uns beyständig seyn, an Ehren und Glimpff gegen euch und euren Orden, verwahret haben, und uns des Unrechts, Gewalts, und Eigenthums mit der Hulffe GÖttes erwehren. Gegeben in Thorn, unter des edlen und Gestrengen Herrn Hans von Baysen Ritter Siegel, auch der Stadt Thorn Secret, deren wir hiezu allesampt gebrauchen, Am Montage nach Purificationis Mariæ, im 1454. Jahre den 4. Tag Februarii.

Land und Städte Vollmächtige Rathe
des Bundes in Preussen, und ihre
Beyläger itzo in Thorn versammlet.

Dieser entsags Brieff ward dem Hohmeister iberantwortet, zu Marienburg im Schlosse, am Tage Dorotheæ als den 6. Februarii, dessen er nebenst den anwesenden Ordens Herrn gar hefftig erschrack, und so wie sie zuvor gantz grimmig waren, die Bundesgenossen zu verderben und hinzurichten vermeineten auch sie hatten nun schon gewonnene Sache, so war irzund Hertz und Muth so erschlagen, daß sie nicht wußten wo sie es am ersten angreifen sollten, denn dieser Botschafft hatten sie sich in Ewigkeit nicht versehen.

§. XIV.

Ex Arce pedem proferimus ad Curiam atque Templum. De illa non pauca habemus, quæ de Fundatione, Privilegiis & Juribus, Regiminis forma, Successione Præconfulum, Consulum ceterorumque Membrorum &c. in publicum proferrî

proferri possent; sed omnia hæc & alia dicenda seponimus instituti memores. Quamobrem tantum inculcavimus, quod hodie alternatim Ordines Prussicæ Polonicæ Mariæburgi & Grudenti conveniant, & Generales Conventus Germ. *Landtage* celebrent in Curia, vel si multitudo laborat præsentium, in templo Parochiali. Qui vero ritus & ceremoniæ adhibentur cl. Hartknoch l. c. f. 647. exposuit, cujus cl. viri Descriptionem multis monitis illustrare nunc non licet, præcipue cum excel. Dn. Præses alio tempore de speciali hac Materia se acturum esse copiosius mihi aperuit.

§. XV.

De Templis Mariæburgensibus utriusque Religionis ceterisque rebus, quæ ad Historiam Ecclesiasticam pertinent, nec non de Schola Oppidana nihil addimus, sed L. B. ad Hartknochii *Preussische Kirchen - Historie* L. VI. Cap. 12 p. 1062. ablegamus, nostra Conlectanea in commodius tempus & alium differentes locum. Unicam saltem historiam hic adjicimus. Nempe Anno MDCCVII. tempore æstivo, cum ad amplificandum Templum S. Georgii jacerentur fundamenta, accidit ut in corruptum aliquod cadaver femineum in loculo putrefacto effoderetur. Quam diutissime quod terra obrutum in eo loco jacuerit, ex eo cognoscebatur, quod nemo civium reminiscebatur sua ætate aliquem ibi fuisse sepultum, & præterea plane non patrio consuetoque vestitu erat exornata persona. Quamplurimi homines id cadaver oculis suis perlustrarunt, interque eos inprimis B. Krokisius Med. Doct. & Physicus Civitatis curatius id inspexit atque perscrutatus est. Paucos post dies deinde letifero corripiebatur morbo, legitimoque usu rationis & sensuum

orbatus tandem integro anno misere peracto moriebatur placidissime. Quidam in veneno Cadaveris causam quærebant morbi, quidam vero eam damnabant sententiam. Hoc erat memorabile, quod licet loquela destitueretur, hymnos tamen sacros canere potuerit B. Doctor.

§. XVI.

Ad caput II. properantes, acquiescimus in eo, quod Schutz. l. c. f. 83. de Consistorio Mariæburgensi antiquo consignavit. Sic scribit: *Er (H. von Kniprode Anno 1351) richtete zu Marienberg ein Consistorium an, von Rechtserfabrnen Leuten, die von allen Sachen, und zweifelhaften Fällen im Lande urtheil funden, und gaben, was sich zu geistlichem und Weltlichem Recht geburete.*

CAPVT. II.

§. I.

Oceanum variis in locis varios habere colores eosq; ordinarios, Geographici scriptores describere solent. Ex quamplurimis sufficiat allegasse Varenitum in Geograph. quilibet. 1. obs. 15. pag. m. 193. sequentia de Oceano observavit: *Experientia testatur in locis septentrionalibus mare videri magis atro colore, in Zona torrida fusco colore, aliis in locis caeruleo. Circa Nova Guinea littora quædam, deprehenditur Oceanus albo, alibi flavo colore. In fretis aqua magis albicare videtur. Ad littora Congi non procul a Baya d' Alvaro Gonzales rivus a minera rubra terra, perquam fluit; Sed celebris est propter coloris proprietatem sinus Arabicus ideo dictus mare rubrum. Sunt qui nudam appellationem esse volunt; & de sumptam*

sumptam ab Erythreo Rege; alii a splendore, quem solis radii ab eo repercussi efficiunt, rubrum apparere volunt. Sed magis verisimilis & experientia confirmata sententia est, ruborem illum oriri ab arena rubri coloris, quæ in alveo hujus maris & littoris reperitur & ipsi aquæ admiscetur frequenter. Hujus autem admixtionis, quæ contra arenæ gravitatem esse videtur, causa est vehementia fluxus atque refluxus aquæ, sive celeritas & agitatio in hoc mari, quæ fit, ut arena vel Sabulum evehatur & agitetur atque ita impediatur a rapida & continua agitatione maris, ut non possit subsidere. Testantur hoc nautæ, qui aquam maris hujus interdum adeo rubram apparere asserunt, ut sanguis esse videatur; si d. si vase excepta relinquatur quietæ, mox subsidere rubrum sabulum ad fundum atque in eo conspici. Sæpe accidit, ut procellæ e maris rubri plaga in Arabiam vel Africam irruentes tantam rubræ arenæ copiam secum vehant & in terras projiciant, ut integros hominum & brutorum cætus sive comitatus obtegat, unde deinde Mumia vera existit. Aliæ opiniones plurimæ de hac rubedine reperiuntur apud scriptores, sed omnes falsas esse, experientia, quam adduximus, probat. An eadem vel alia causa sit, cur mare inter Californiam & Americam dicatur rubrum (Vermego) nondum legi annotatum a scriptoribus. Hæc licet Varenius verissime a se dici statuat; e re tamen nostra erit, ut audiamus quoque Becmanum in Historia Orb. Terrar. Cap. 3. p. m. 30. de Mare rubro sic scribentem: Sed recentiorum probabilior de nomine opinio est, illud a planta in Mari hoc copiosissime nascente venire, quam Zuph & Zupha Ethiopes vocant, quæque non tantum inter delicias ciborum in illi tractibus reponitur, sed etiam gratissimo rubore, tum in recibaria tum in pistoria se passim commendat. Quo etiam trahunt appellationem Maris Ziph, quæ mare rubrum in sacris aliquoties venit. Nam ipsam

iplam aquam rubro colore esse tinctam, negat Curtius
L. VIII. c. 9. ubi *Mare* inquit certe quo abluitur ne colore qui-
dem abhorret a cæteris. Brunius in Itinerario p. 53. *Das*
Schulff-Meer ist ander Farbe nicht mehr roth als Pontus Euxinus
bey Constantinopel schwarz. Lud. Vartomannus in Navigat.
L. I. c. 21. *Satis* in confesso est omnibus, quod dictum æquor non
est rubrum, sed instar reliqui æquoris. & Joh. Brodæus in Mi-
scell. l. 3. c. 9. *Sæpe* numero de multis sciscitatus sum, tempesta-
tibus in hoc mare ejeti quique etiam huc peregre regionis profecti
multos dies contemplati essent, an veritati consentirent, quæ de ejus
rubra aqua & arena partim vulgo jactarentur, partim etiam a
claris hominibus literis mandarentur. Quorum nonnulli vocem
infantiam mirari, alii stultitiam ridere incepterunt, quinibi fucum
fieri non sentirem. Neminem porro tam stolidum nautam reperi-
ri, qui mare illud rubrum nuncupatum ab Oceano nostro quicquam
differre prædicaret. Alios ut taceamus. Ceterum conf. Cel-
larius in Geographia, Christ. Becmanus in in Orig. Lingv.
Lat. voce Erythræum. & Mattheii Disp. Quodin Transitu Isra-
elitarum per Mare Erythræum non fuerit fluxus & Reflexus
Maris. Lips. 1688. hab. Quæ deinde sit ratio Maris di Sara-
goffo s. Viridis, Becmanus in Hist. O. T. p. m. 25. docet
scribens: Calor huius maris viridis apparet, qui tamen ipsius ma-
ris non est, sed Herba cuiusdam exiguorum foliorum & Nastur-
cio similis: cuius folia adeo dense & continuo tractu incumbunt
Oceano, ut ipsa aqua vix conspiciatur, & nautis sæpe multum
negotii faceatur. Describitur in Hist. Navig. Belg. P. I. n. 2. p.
3. & ex ea a Varen. l. 1. p. 163. quod tanto minus mirum, cum
alibi etiam eiusmodi seu Marina seu submarina reperiuntur prata:
de quibus. V. infr. cap. VII. §. ult. vid. Idem Becmanus l. c.
de Maris

de Maris Ignei; & de Albi, Nigri &c. Onomatheſiſis Grünebergii Sphinx Geographica. f. m. 24. ſeqq.

§. II.

Idem Varenius l. c. p. 345. pro poſitione XIII. de aquis coloratis hæc habet: *At urbem Chinon Belſiæ (Galliæ provinciæ) aqua e ſpecu profluunt ſubflava & concreſcit in lapidem; In Regno Congi Africæ rivus rubri coloris in mare labitur. In Valle S. Georgii prope Sultzmat in Elſatia fons aquæ rubicundæ, dictus Rothwaſſer. Rubicon eſt in Italia, profluunt e ſummis Alpium faſtigiiſ; hodie Piſatello dicitur. Alicubi nigri, viridiniſculi, &c. coloris profluunt fontes, ſed pauci. Cauſa coloris harum aquarum eſt a terris per quas fluunt vel repunt, antequam ad fontem perveniunt. Non ſolum vero a terris, per quas aqua repit, ſed etiam & primario a particulis vel terreis vel Mineralibus, quibus & Salia adnumeramus, quas ſecum provehunt rapiuntque flumina & ſtagnantes aquæ, color aquarum dependet. Hæc ut eo firmius concludamus, lubet miſcellanea quædam addere Varenii obſervationibus. De colore croceo Becman. l. c. p. 80. *Maximi Chinae fluvii ſunt: Croceus a turbido colore luteo ita dictus &c. vid. Neuhoff. Beſchreib. des Reichs China c. 12. De colore rubro Neoburg in Curieufen Hoffmeiſter Part. I. p. 74. de urbe Hiſpaniæ, cui nomen Cordona: Iſt ein berühmtes Hertzogthum, hat ſchöne Saltzgruben und einen Fluß, deſſen Waſſer wie Blut auſſiehet Seyfried in Medulla rerum mirabilium Naturæ ex Dapperi operibus p. 296. In China bey der Stadt Zee ſtreicht der Bach Tan vorbey, deſſen Waſſer dem Blut ähnlich ſiehet. Idem p. 298 In den mächtigen Strohm Niger in Lybia flieſſen 2. Bächlein, das eine führet rothes, das ander aber weiſſes Waſſer. pag. 300. In dem Reich Gujana in America findet man etliche**

Bäche, deren Wasser gantz roth ist. Umb die Mittag Stunde kan es ohne Schaden getruncken werden; vor und nach aber ist es giftig. p. 313. In China bey der Stadt Xanchen ist eine See, nahmens Hungyen oder der rotte. Wann sein Wasser abgedampfft wird, bleibt ein feuerrothes Saltz zu rucke. Ibid In der Gegend der Stadt Xin liegt der See Xanhti, dessen Wasser so roth als Blut ist &c. De Colore nigro Idem Seyfried l. c p. 297. In China bey der Stadt Nanbiung siehet man einen Bach Mekiang oder schwartz Dinten genant, dessen Wasser fast Schwartzer als Dinte färbet. p. 300. In Neu-Spanien siehet man etliche Bäche, darin das Wasser schwartzer als Dinte, doch etwas blau-licht ist. De Colore Cæruleo Idem p. 296. l. c. In China unter der Stadt Toning rinnet aus dem Berge Talo ein Flußlein, dessen Wasser Herbstzeit Himmelsblau, und sodann zu färbung der Tücher gebraucht wird. De Colore Viridi idem Seyfried l. c. p. 353. Bey der Stadt Hencheu hat es einen sehr tiefen See, dessen Wasser hochgrün: Eben dergleichen eigenschafft hat das Wasser des Sees Luxui bey Vu, ing, welches der Farbe nach Saagrun ist, und darneben zu färbung der Tucher, Holtzes und andern Sachen genutzet wird.

§. III.

Habemus nostris quoque in terris Aquam viridem in omnibus fere lacubus & piscinis, dum tempore vernali conspicimus eam viridescentem quemdam colorem oculis exhibere, quodque phænomenon adpellamus Gem. das Wasser grunt; Sed rerum naturalium non expers statim reperiet illum colorem oriri ex herba quadam muscosa ex fundis quæ progerminat isto tempore, & conquassata fricataque quocunque modo & motu aquam suis particulis & succo inquinat.

§. IV

§. IV.

Extraordinarium Colorem rubrum, vulgo sangvineum, hinc inde esse conspectum in aqua docent variæ historiæ. De illis exemplis superiorum seculorum, quæ Fincelius in tract. *von Wunderzuehen* & Becmanus in Diff. de prodigiis sangvinis ex aliis collegit, nulla faciemus verba; sed saltem ex Becmani Dissert. cit. p. 17. hoc allegaturi sumus: *Recentissimum exemplum est, quod præterito Anno 1675. ab initio Novembris ad finem hiemis usque in Neomarchia in Lacu ad Pagum Hermsdorff se conspiciendum præbuit, dum primum aqua in ripis ad triginta fere passus sangvinea apparuit, postea glacies eundem colorem assumpsit, non quidem continuum, per totum lacum vero dispersum, adeo ut hic guttas majores, istic veluti sangvinem ex vase minori effusum, illic excrementa dysenteria laborantis præ se ferret. Quod an præsagium dysenteria, quæ hoc anno totam fere Europam habuit, præ se tulerit, in medio relinquimus, causa vero si quæquam alia in obscuro est, nisi illa, quam evaporibus ante hæc erimus, in numerum venerit; Retulerunt enim Piscatores, se proximis diebus ante apparitionem huius Phænomeni Nebulam purpuream surgentem & aquam lacus velut pellucula quadam obducentem tribus vicibus observasse.* Huic addimus quod in Ephem. Nat. Curiosorum Anni VIII. observ. 79. Elsholtzius annotavit, scilicet quod die 1. Junii Anno 1677. aqua in fossa Berolinensi sangvineum colorem ostenderit, ita ut per vices uno plerumque, interdum pluribus locis, non admodum tamen distantibus, ebulliens quasi profilierit, nec constanter undis permista manserit, sed sensim ob gravitatem particularum rubicundarum fundum petierit. Pari modo quoque ante quadraginta & quod excedit annos, aqua in fossa Mariæburgensi circa mo-

Iam equariam versus vallem colerata visa est, adeo ut Ampl. Dominus Præconful, Beatus Carolus Stanislaus Teutschmannus literas quasdam hac aqua rubicunda scriptas reliquerit, quæ tamen purpureum in fuscum colorem mutarunt.

§. V.

Ad maxime recentissima Sæculi præsentis nos convertimus exempla & ab initio Mariæburgensis Aquæ sanguineæ historiam, de qua hæc dissertatiuncula agit, prout eam nobilissimus, doctissimus atque Amplissimus, Præconful Civitatis Mariæb. Dom. Samuel Wilhelmi, avunculus meus æffimatissimus mecum communicavit, consideraturi sumus: Anno 1712. Mense Julio aqua Piscinæ cujusdam in pago, Tessemsdorff dicto, in sanguineum colorem mutata est. Paulo post idem in pagis Nidau & Mausdorff, quorum hic in territorio Elbingensi, ille vero in insula Mariæburgensi majori situs est, accidit; in hunc fere modum, ut per aliquot dies continuos, piscina hæc ab hora 9. matutina ad horam 3. pomeridianam, quo tempore sol radios suos in eam fibrabat ardentiores, sensim rubicundum colorem induxerit, recedentibus vero radiis solaribus calidis rubedo isthæc, quæ instar laccæ pictoriæ globulata erat, subfuscum colorem præ se ferens paulatim evanuerit, & aqua eodem modo ac antea limpidissima apparuerit. Observatione dignum est hanc aquam lintea immersa rubro colore tinxisse, & justo tempore vitro exceptam pari modo, ac in piscina, mutatum fuisse. Postquam vero agricola (possessor hujus piscinæ) omnem aquam exhauriri curavit, hinc & inde in fundo rubicundus atque crassus limus est repertus: literæ hac rubicundaaqua

da aqua scriptæ adhuc hoc anno legi possunt, licet sensum colorem suum amittant. Sic se rem habuisse docuit copiosius Nobilissimus doctissimus atque Experientissimus Dominus Doct. Paulitz Consul Mariæb. in literis humanissimis doctissimisque ad Dominum Præsidentem datis his verbis: Quæ ut proferam in publicum illum non in malam pro sua humanitate interpretaturum esse partem sponndit Dn. Præsides. *Was demnach die angegebene Aquam Sangvinem betrifft, so ist nicht ohne daß Anno 1712. meines Erinnerens im Junio & Julio in dem Dorffe Nidau 2. kleine Meilen von hier im grossen Marienburgischen Werder gelegen, an einem gar wenig Ellen in seinem Umfang begreifenden alten und verfallenen Teiche, anfänglich von den Nachbahren, nachgehends aber von vielen andern, welchen dieses Neue zu Obren gekommen, observiret worden, wie das Wasser darinnen zu gewisser Zeit, absonderlich umb die Mittags Stunde, und wenn sonst die Sonne recht heiß geschienen, gantz roth und wie Blut, fürnemlich aber wenn es noch darzu etwas gerubret worden, immer trüber und röther anzusehen gewesen; Auch wenn man davon etwas aufgehoben in dem Gefasse, eine Weile solche Farbe behalten, biß die grobsten Contenta sich allmählich gesetzt, und solches immer bleicher geworden, doch also daß es einer diluirten Purpur Farbe geblieben, und wenn man das Sediment auffgerubret, die erste Farbe und Trubheit wieder angenommen, endlich aber, und zwar eher als sonst rein, Wasser zu thun pflegt, schleimicht, faul und stinckend geworden.*

§. VI.

Huc pertinet quæ curiosus Autor der Europ. Fama parte 132. p. 985. retulit. *Nabe bey Anklam in Pommern soll sich eine sonderbare Blut-Geschicht begeben haben. denn am A-*

abend des 22. May (Anno 1712.) ist ein Bauersmann bey einem kleinen Teuch, so bey Spanckau 1. Meile von Anklam gelegen, vorbey gegangen, und als er aus demselben trincken wollen, hat er war genommen, daß das Wasser Blut-roth gewesen; da er sich denn entsetzet, und zu trincken nicht unterstanden, sondern nur seinen Hut darin getaucht, weloher auch sofort eine blutige Farbe davon bekommen. Alsobald hat dieser Baur solches in dem nahe dabey gelegenen Dorff angezeigt: Worauff die Leute zu besehen heraus gegangen, und befunden, daß der Teich uber und uber roth gewesen, und auff dem Wasser fast eines Fingers dicke recht als geronnen Blut gestanden; des Morgens aber da die Sonne darauff geschienen hat sich diese Ræthe allgemach verzogen, und gegen Mittag das Wasser wiederum gantz klar gewesen, den Abend darauff, wie sie es abermahl besehen, so haben sie verspuret, daß das Wasser wie vorigen Abend gleichsam mit Blut sich bezogen, mit dem Auffgang der Sonnen aber, die Ræthe fort almæhlich wiederum verlohren; welches den folgenden Tag als den 24. verschiedene Leute und den 25. des Hrn. General Alarts Excell. sein Priester und Secretair besehen und bey zuruckkunfft in Anklam von diesem rothen Wasser in Flaschen und gefarbte Tucher mitgebracht.

§. VII.

Porro ex Relationibus Historicis (Novellen & Zeitungungen dictis) observavimus idem & aliis in locis accidisse, sic Anno 1713. ex Novellis Ditmarsicis percepimus, aquam ibidem in fossis rubicundam, glaciemque ab ea tinctam fuisse visam. Eodem anno Lüsslovix prope Gülstrau situs est pagus, in quo Lacus quidam der Bauren See cognominatus sanguineus apparuit, de quo testimonium quoddam Gültrovium est delatum. Relatum quoque legimus in hoc

hoc lacu igneam nubeculam exstitisse, in quo nigrum quoddam animal apparuit, elapso vero duarum horarum spatio nihil amplius conspicuum fuisse. Ex Holsatia præterito anno literæ die 29. Martii scriptæ commemorarunt, Stagnum quoddam cis Prætz cum Piscatores aliqui in eo piscari vellent, sanguineum colorem ostendisse, adeo ut homines isti in diem subsequenter, quo aqua limpida iterum fuit, laborem suum differre cogentur. Hæc aqua vitro excepta quiescens sanguinis instar crassi est conspecta. Hæc adduxisse exempla sufficient.

§ VIII.

Antequam vero de causis naturalibus hujus Phænomeni aliquid commemoremus, merito ab initio usurpamus verba Autoris *der Europ. famal. c. von dieser Blut-Geschicht hat es viel raisonnirns gegeben, und einige deren Ursachen aus natürlichen Gründen hergeleitet; andere aber solche was Wunderwerckliches und ubernaturliches angesehen, deren Deutung GOTT allein bekandt sey. Dergleichen wieder einander laufende Beurtheilungen giebt es gemeiniglich bey solchen neuen Zufällen, und die Leute des 30. Jährigen Deutschen Krieges haben deren soviel auffgezeichnet, daß man einen gantzen Folianten davon zusammen drucken könte. Man laßet die Wahrheit der Erzählung auff den Hertzen aessen, der sie gesehen oder weiter berichtet; und es kan wohl nicht schaden wenn die Hrn. Geistlichen aus solchen Zufällen nach beschaffenheit ihres Auditorii Bußerweckende Meditationes anstellen; Es wäre aber auch gut, wenn die in der Nähe wohnende Herren Physici und Medici bald darhinter bey wären, die wahre Beschaffenheit solcher blutig scheinenden Wasser untersuchten, und ihre Befindung der vernunfftigen Welt auftrichter mittheilten: So könte man die wahren Wunder-Zerben von andern*

*ändern natürlichen Phänomenis unterscheiden, und man würde sich
entweder nicht unnöthig fürchten, oder GOtt recht ernstlich fürch-
ten lernen* §. IX.

Hoc tantarunt Medici & Physici; & ductu Elsholtii
ad varia confugerunt experimenta. Sic Elsholtzius l.c. occa-
sione fossæ Berolinensis vario modo scrutatus est, utrum
causam Physicam & naturalem reperire posset. Et quidem
primo cum recens maëtatipullisangvine processum inti-
tuit; deinde corticum arborearum scobe (qua pro paran-
do corio utuntur sutores) Postea Roob Sambuci. Cum
nec eo multum proficere posset per Bolos, Ochras, Rubri-
cas, terrasque Sigillatas rem explicare aggressus est, tan-
demque laccam pictoriam aqua vulgari diluit
& hoc experimentum convenientissimum fuisse dicit &
nihil nisi discrimen aliquod intercessisse, dum aqua hæc quie-
ta reddita non per se iterum cum particulis rubicundis, quæ
fundum petierint, uniri potuerit nisi prius moveretur.
Hinc statuit terram quandam bolarem tincturæ purpurif-
santis ex parte hic latuisse, quæ successu temporis a scaturi-
gine nova per canales terræ impulsæ atque undis fossæ com-
missa profilierit; Dum vero non continua fuerit ebullitio
sed saltem per intervalla revertens, putat scaturigines illas
recentes atque tenues ab impedimento quodam interdum
obstructas atque deinde iterum ab impetu pellentis scaturi-
ginis referatas fuisse. Deniq; existimat aliquam antipathiam
& fermentationem inter particulas illas rubicundas atque
aquam in fossa exstitisse. §. X.

Becmanus l supra citato ex vaporibus rem demon-
strare laborat his verbis, quæ pag. 9. § 6. reperiuntur: *Inte-
rim impossibile non esse vapores rubros attolli, tum nota Spiritus Vi-
trioli*

trioli destillatio docet, qua vas recipiens colore subrubro a vaporibus tingi videtur, dum egressum suum parat spiritus, tum nova ex herbis imprimis destillandi ratio, qua vapores elevati colorem secum attollunt, & in vas recipiens deferunt. Quod in destillatione roris solis ita fieri observat Crollius Basil. Chym. p. 164. Aquam Croci etiam & Verbasci florum destillando flavam egredi addit: Quæ posteriora tamen Experientia reclamant. In radicibus Pimpinellæ, quippe quæ gratissimo liquore coeruleo turgent, idem invenit diligentissimus Dom. Joh. Sigism. Eltzboltz in Destillatoria curiosa. Nimirum oleosus liquor coeruleus Radicis, intra se ipsum se veluti concentrat affuso spiritu Vini (nam nullum ejus vestigium remanet post infusionem factam, licet Radices sectæ eundem, antequam injiciantur, adhuc habeant) sicque benigno calore ignis motus id, quod vere habet a radice evocatum in spiritum transfundit: Unde & ratio sequitur, cur alia corpora, lutea vel coerulea, & in specie Verbascum & Crocus apud Crollium non eodem modo colorem suum in destillatione communicent, quia sine tenaciori isto oleo sunt, quod in Rore solis & Pimpinella occurrit. Idem confirmat varius ille Lixiviorum apparatus, item urinarum colores, sale liquores pro corporum, e quibus natus est varietate, in diversos ejusmodi colores disponente. E quo etiam pluviæ purpureæ Godofredi Wendelini dijudicandam opinamur, cujus historia, veluti singulariter ab illo recensita fuit, ut nulla repetitione nostra indigeat; Sed Phænomeni ratio ad eum modum videbitur se habere quo diximus lixiviora colorata generari.

§. XI.

Quidam ad mineras Martis forte fortuna proripientes se convertunt. Martem sc. colore rubro tingere experientia testatur, & Metallurgici observant Aquam purpuream in Metallifodinis ferreis Conf. Eph. N. C. An. 8. p. 135. ubi Elsholtzius: Nec desuerunt etiam, qui de terra martiali sive fer-

E

raria

*varia, qua Marchia Brandenburgensis alicubi abundat, nonnihil sus-
 picarentur: præsertim si ipsa spirituum mineralium interuentu ad
 fermentationem siue ebullitionem concitata, atque in rubedinem ex-
 altata singularem fuerit. Et hanc suspensionem quoad Mariæ-
 burgensem aquam sanguineam corroborare possent Hart-
 knochii in A. u. N. Pr. fol. 527. verba: Grunovius hat bie-
 von folgende Worte: Man fand Bergwerck im Hockerlande,
 wiewol mit mächtiger Unkost. Es ward gebauet und man kauff-
 te ein Marck Silber umb 11. Vierdung Preussischer Müntz vom Ho-
 bemeister geschlagen. Die Marck hat 16. Loth oder 20. (24. sol
 es seyn) Scot gewicht. Ein Centner Kupffer 7. Vierdung. Ein
 Centner Eisen anderthalb Marck.*

§. XII.

Quidam ad Terram Adamicam confugiunt, & ex ea
 hujus coloris originem derivant. Quid vero sit hæc terra,
 exponere voluit Elsholtzius in Eph. Nat. Cur. l. c. p. 134. his:
*Non piget mentionem quoque facere terræ, quam Adamicam Philo-
 sophi nonnulli appellant, quoniam rubet. Vox enim Hebraica Ada-
 mah terram significat rubram. Ejus origo ex Aqua putrefacta, si-
 cut obuiam est in piscinis aut lacubus, qui subtractis undis siccæ eva-
 dunt: quod si annos aliquot hoc statu permanserint, superficies ipso-
 rum rubente terra obducitur, quam dixerunt Adamicam. Sed, quod
 pace Elsholtzii dixerim, non solum in exsiccatis fundis hæc
 rubra & mucosa Materia apparet, sed sæpissime in aliis scatu-
 riginibus & Fontibus, aquis refertis, ea Materia conspici-
 tur, præsertim in locis paludosis: Et hæc ex materia agita-
 ta aquam aliquem colorem rubrum induere nemo negabit.
 Ceterum ab hac differt terra Adamea, quam describit Ett-
 müllerus in Opp. Med. T. I. p. 773. Terram Damacanam seu
 Adameam dicunt reperiri in Agro Damascenico in Assiria. Est
 terra sub rubra, ex qua fabricatum fuisse dicunt, Adamum unde vo-
 cant*

*cant Adamicam. Hæc terra instar Amuleti accommodata, arcere dicitur quævis incommoda obvenientia. Imprimis videatur de hac terra Damascena Nierenbergius in tr. de natura Rer. Cap. 17. p. 65. conf. Calovii commentarius in Genes. p. 253. Num vero Adamus ex Terra rubra sit creatus & vocabulum hebraicum semper in originali textu rubrum significet, eumque colorem denotet, Philologorum relinquimus examini. Non erit in reliquis alienum a scopo ut adjiciamus Sam. Bocharti in Hierozoic. T. 2. f. 688 verba epitomata: *Afferimus Hebræum אדם adam, etsi proprie rubere significet, posse tamen aliter sumi, æque ac Latinum Rutilare, quod sæpe nihil quicquam quam splendere est. Sed quod maxime ad rem facit, illud ipsum verbum אדם quod hebraice rubere est, Arabice candere significat. Constat hæc a me vere dici perpendenti, quo sensu כהרה id est, lucida, lepra, macula a Mose vocetur אדם מרמה Levit. 13. 19. quod esset alba impense rubra, si אדם nihil quicquam quam rubere significaret. &c. si אדם rubrum sonat, geminatum אדם אדם significabit impense rubrum. Calovius l. c. rem in compendio proposuit: Et certum est, terram in genere quamvis per eam vocem אדם quandoque significari: ac formatae etiam sunt bestiae de humo, Gen. 11. 19. ut commune sit ortus homini & bestiis principium, quibus commune est terræ habitaculum. Notat autem vox אדם etiam pulverem terræ 1. Sam. IV. 12. 2. Sam. 32. & formatus homo dicitur pulvis de terra, ut significetur, eum non solum de pulvere terræ formatum, sed etiam nil nisi terræ pulverem esse, si absque anima & concreata imagine Dei ex ortus sui principio natura eius æstimeretur: Unde hæc amissa audiebat Gen. III. 17. pulvis es, & in pulverem reverteris. Rabbini quidam Kabbalisticæ planè alio modo nomen Adami exponunt ex recensione I. H. Othonis in Lexic. Rabbinico Philologico p. 8. Adam per Notaricon est אפר Cinis, אדם sanguis, אדם fel; quia omnes homines ex his constant. Alii Kabbalists insulse dicunt, tres literas in אדם signifi-**

care אדם כבוד מלכותו אדם Adam, Aavid, Messias, quasi hinc concludi posset, Adami spiritum in Davidem, Davidis in Messiam migrasse. § XIII.

Singulare plane modo & in compendio proposuit rem & causam attulit cit. Dn. D. Paulitz in litteris ad Dominum Præsidem datis, Cujus viri, experientia rerum & Judicio edolato excellentissimi, mentem his ipsius verbis proponimus orbi Erudito, ne forte male vertendo vel immutemus vel non bene intelligamus: sequentem vero in modum scribit: *Wie nun solches alles nebst mir von unzähligen theils einfältigen theils verständigen Leuten angemercket, und sattsam erweißlich gemacht werden kan; das Phanomenon selbst aber von einigen einer übernatürlichen, von anderen einer natürlichen Ursachen, nach eines jeden Urtheil, zugeschrieben, und von diesem einigen ræthelichten Adern des Erdreichs derselben Gegend, von jenem dergleichen Farbe von sich ertheilenden Wurtzeln, Holtz, Kräuter, Blätter von Bäumen &c. von andern was anders darzu angegeben worden: so hat es auch mich veranlasset nicht allein an dem Orte selbst solches zu observiren, und aller Umstände mich genau zuerkündigen, sondern auch daheim, einige experimenta darüber zumachen, und bey andern Autoribus dergleichen Observationes nachzuschlagen. Mein unmaßgeblich-geringes Judicium von der gantzen Sache belangend, so bin ich zwar weder mit denen, so diesen Effect einem producto vegetabili, noch auch mit denen, so denselben einem Minerali, oder mit Herrn D. Elsboltzio einer Terra bolari zuschreiben, einerley Meinung; angesehen ja eine theils die Tincturæ. vegetabiles ad unam omnes, ob sie gleich post subsidentiam den Liquorem supernatantem etwas tingiret lassen, sowohl von Acidis als Alcalicis instillatis diversimode alteriret werden; die Terra bolares aber, wenn sie zu grunde fallen das Wasser über sich klar und ungesarbet præsentiren: welches doch beydes in diesem und angeführten Berlinschen Casu die experimenta anders*

ta anders beweisen, auch desfalls den Herrn Observatori sich dar-
aus zu extriciren einige Schwierigkeit gemacht haben. Weswegen
ich denn auff die Muthmassung gekommen, ob solches nicht ex Re-
gno Animalis, und von einer gewissen Artb gantz kleiner rætblich-
ter Wurme, welche im Vorjahr bey der ersten durchdringenden
Wärme fast in allen alten Graben, Pfützen und Teichen sich gene-
riren, und darinnen im Sommer hauffenweise gefunden werden,
in der grossen Hitze aber und gegen die Hunds-Tage sich auff einen
Klumpen versamlen und sterben; die ich wegen ihrer Aehnlichkeit
fast ad Acaros zu referiren, oder auch mit denen pediculis Ve-
getabilium, cuius fere plantæ particularibus, zu verglei-
chen, und als Wasserläuse anzusehen solte bewogen werden, wie
auch deren exuviis & ovulis, forte rubicundis, so sich zu grun-
de setzen, und von denselben post Metamorphoses omnibus
infectis solennes deponiret, nachgehends aber verfaulen und in
einen rætblichen Schlamm verwandelt werden, fuglicher zu deduci-
ren seyn möchte; wenn nemlich solche durch die Sonnen Hitze
auffgetrieben, oder auff eine andere Weise in eine Beweg- und Ver-
mischung mit dem Wasser gebracht werden. Inmassen denn nicht
allein die obangefuhrten Umstände sambt und sonders hiermit
übereinstimmen, sondern auch noch folgende solches klarlich anzu-
deuten scheinen; da man bey gantzlicher Ausschöpfung dieses al-
ten und in vielen Jahren nicht gereinigten Teiches, nicht allein der-
gleichen rætblichen Schlamm, und zwar an einer Seite mehr als an der
andern, gefunden, dabero auch daselbst das Wasser am trübsten und
ræthesten hat pflegen zu werden, wo derselbe am hæuffigsten gele-
gen; sondern auch folgendes da gedachter Teich einmahl darvon
gereiniget worden, dessen Wasser beständig rein und klar geblieben;
über dieses auch das von dem vorhin rothen Wasser gesamlte Se-
diment, davon ich eine kleine portion mit beysuge, mir genugsam
zeugnuß zu geben duncket, daß es einer viscidis mit Erd und

Sclam vermischten composition sey. Illustrari potest hæc sententia ex iis, quæ de simili colore purpureo Oceani ex vermibus orto observavit Varenius l. c. Obs. 17. pag. 197. In prima Belgarum navigationis ad fretum Magellanicum descriptione legimus, quod die XII. Januarii, anno 1599, aqua Oceani non procul ab ostio fluvii argenti in Brasilia (Rio de Plata) apparuerit rubri sanguineique coloris, sed cum situla haustam aquam accuratius inspexissent, deprehenderunt, quod innumerabilis vermiculorum multitudo, qui rubro colore erant, in aqua illa contineretur, & manu excepti instar pulicum hinc inde saltabant. Nautæ appellant pulices Marinos, & putant illos a balenis certo anni tempore evomisse & rejici: alii autumant eos provenire ab innumerabili copia parvorum cancrorum, qui ad terram australem deprehenduntur, quæ copia ita mare implet, ut etiam in luce debili, nempe in crepusculo vespertino vel matutino Oceanum nautis præbeat conspiciendum sanguineo colore.

§. XIV.

Ex his allatis satis cognoscimus aquas quidem quandoque colore rubro instar sanguinis tingi a memoratis causis & mediis naturalibus, minime vero in verum sanguinem mutari: Uthinc eo magis admirari debeamus Miraculum a Deo in Ægypto per Mosen & Aaronem editum, quando omnes aquæ in sanguinem sunt conversæ Exod. cap. VII. v. 22. seqq. Cornelius a Lapide in h. l. acerbitatem plagæ ex eo demonstrare voluit: quod 1) Omnis aqua Ægyptiorum versa in sanguinem, totusque Nilus ab Æthiopia usque ad mare. 2) Aquis sublatis jumenta & homines siti cruciati 3) Pisces omnes emortui fuerint. Hinc 4) computrescente fluvio & piscibus, pestilentia exorta sit, ex qua & ex siti adeo multi enecti jacebant in rivis, ut domestici non sufficerent ad eos sepeliendos ait Philo. 5) Aquæ non tantum colorem, sed & naturam habebant sanguinis, erantque verus sanguinis; unde si quis siti coactus inde gustasset, confestim

confestim acri dolore corripiebatur, ait Josephus. Nos dum ad miraculum divinum retulimus hanc mutationem aquæ in verum sanguinem, cogimur statuere Magos ægyptiacos eundem miraculosum effectum revera non produxisse, sed vel decepisse oculos, vel aquam tantum coloratam exhibuisse. Dietericus in Antiquit. Bibl. ad h. l. f. 172. idem cum nobis sentire videtur. *Quanquam inquit, tota mutatio ex rebus fictis & commentis merisque præstigiis constaret:* Et Becmanus in Differt. de Prodigiiis sanguinis Cap. IV. §. 1. multus in eo est, ut ostendat fraudes & impotentiam Magorum Ægyptiacorum, concludens: *Adeo ut in toto isto miraculorum apparatu Diabolus, simia Dei, nihil aliud effecerit, quam quod omnes simiæ solent, h. rerum nihil, phantasmatum vero plurimum.* Ut ideo mirum nobis videatur, quod Voglerus in de Rebus Physicis & Medicis, quarum in scriptura sacra fit mentio p. 85. ad h. l. scripserit: *fuisse tum eadem, Deo permittente, a Cacodæmone de novo genita.* Alterum exemplum 2. Reg. C. III. v. 22. seqq. quod legitur in scriptura S. videtur tantum esse, non vero est. Sic enim docte id explicat cit. Becmanus l. c. §. 2. Miraculi vis hic in aquarum copia quærenda est, sed falso trahebant. Erat enim ex colore orientis primum & emergentis solis, vid. Iun. ad h. l. Videntes ex oriente sole aquam in torrente colore sanguineam, quod eo tempore maxime aqua radiis icta rutillet, falso opinati sunt propter sitim in semetipsos arma vertisse, & eorum sanguinem per torrentem defluere. Ioseph. Antiq. lib. IX. C. I. §. XV.

Dubios nos præterea reddidit historia, quam de fonte S. Crucis in Hungaria memoriæ prodidit Camerarius in Hor. subciv. P. III. cap. XV. p. 53. his: *Simile portentum apparere scribitur in loco, quo olim Trajanus Imperator, debellatu-*

rus Decebalum Regem, pontem super Danubium construxit, cujus fragmenta hodie adhuc extant, cum inscriptione, Trajani Nervæ filii Cæsaris vere Pontificis. ibi haud longe fons scaturit, qui S. Crucis vulgo dicitur, & magnis miraculis claret. Quoties enim Rex aliquis Hungariæ, vel moritur, vel periculum aliquod re cogitur, aqua fontis in cruorem vertitur, ad multos hominum sanguines, quibus medetur, haut inutilis. Quod accolis longe lateque patet, & longa experientia comprobatum est, sicut Cuspinianus observavit. Ut alia seponamus, quæ in Becmano & ab eo allegatis Autoribus nec non: Camerario, Zeilero, &c. leguntur. Sed brevibus ut rem expediamus dicimus 1) Dei potentiam infinitam esse, 2) Rerumpubl. & Principum singularem curam agere Deum, 3) fieri posse ut Deus per certa signa nova & inconveta homines admonere velit de futuris vel bonis vel malis 4) Probe tamen attendendum esse, ne superstitione vel credulitas vel Ignorantia rerum naturalium pervertat hominum mentes. 5) Non esse rationem, ex qua negare ebeamus, Deum rebus naturalibus ad hunc finem uti. Qua ex re si de veritate illorum Prodigiolorum & certitudine eventorum constat, & ut in præsentî themate acquiescamus, universales observationes docuissent, quod hic fons per mutatum colorem sanguineum semper mortem Regum Hungariæ prænuñciaverit, jure meritoque ad Arcanam Dei providentiam confugiendum esset, non obstante, quod hic color ex mineris metallicis, quibus referta est Hungaria, singulari motu eoque extraordinario duxerit forte originem. Ceterum maxime singularia de signis mortem Principis & personæ illustri aliasque vel calamitates vel felicitates adnunciantibus legi possunt in Becmani Diff. de Pignoribus Rerum publicarum

um &c. Camerarium l. c. & Zeilerum in integris epi-
solis, & speciatim de fontibus Seyfried l. c. p. 276. &c.

§. XVI.

Quam plurimas hæcenus opiniones eruditorum ex
notissimum in medium præferre voluimus, ut ex histo-
aquarum sanguinearum pateret, non easdem ubique
esse circumstantias, & quod nobis non licuerit eas præsen-
intueri atque examinare; Quod si hujus voti aliquando
eremus compotes, tunc per Microscopia optima aliaque
Experimenta genuinam ut adipisceremur causam, omnes
nervos ingenii operamque indefessam effemus adhibaturi.
Qua ex re concludimus unam eandemque causam natura-
lem sine discrimine & exceptione non posse allegari & con-
cedi omnium Aquarum sanguinearum. Ceterum cum
plerumque homines ex singularibus Phænomenis nescio
quid hariolari soleant, & hunc atque illum eventum respon-
diffe iis credant, monemus probe homines, eosque non
cum vulgo sentientes, circumspectos esse debere, ne igno-
rent, quantum distent æra lupinis! & ne credulitatis, vani-
tatis, ignorantiaque maculis conspurcentur. Brevibus
neque sumus contemptores neque adoratores.

DEO Sit Laus & Gloria.

Corollaria.

1.

Potest Spiritus esse in Loco Physico circumscriptive.

2.

Omnes Sensus per Tactum exercentur.

3.

Non dantur Actiones indifferentes, quæ neque bonæ
neque malæ.

4.

Potest aliquis esse justus sine Justitia,

Inepta

I Nepta plebs semper facit miracula.
Sed magna naturae benignae evolvere
Effecta, profundasque causas, sistere
Solertis illud mentis est indicium.
Sic quid fuit non pridem aquarum purpura,
Putas, Gusovi, candidè nunc dicere,
Quando eximis miraculi sententiam.
Inquire in artes tam probe Galenicis,
Apollo Te certo coronat purpura.

*Industrium suum & per aliquot annos
hic cum laude versatum Auditorem
brevis hoc alloquio & voto omnis Felicitatis dimittit*

P. IAENICHIUS Gymn. R.

Pereximio, omnibusque laudibus digno, Auditori suo,

M. A. GUSOVIO,

S. P. D.

P R Æ S E S.

A Ccipe tuum, & redde meum. Commendationem publicam
industriæ, Diligentia, ardoris discendi, & brevibus ut
dicam, optime hic acta vitæ, Tibi debeo. Nihil a Te re-
peto, præter amorem, tuique præceptoris memoriam. Prius eo proli-
xiori affectu do lubentissime, quo magis id es meritis. Paucis mul-
ta; sed citra veritatis sacturam dixi; Id quod quidem omnes Col-
legæ mei clarissimi, honoratissimi que, nec non Commilitones, dulcissi-
mi mortalium, contestantur & fatentur. Primus es, qui me Præsi-
dem Disputationis tuæ in Auditorio Maximo elegisti; forsitan eris
& ultimus. Me duce, comite & monitore hoc, quod publici juris
est factum, conlegisti, & Specimen meæ edidisti doctrinæ. Habebis
Censores; Invenies quoque amatores. Perinde est. Nam amant
alternæ

*æterna Camena, & hæc est felicitas temporum, ut liceat Philo-
phis dicere, quod sentiant. Paras abitum ad Vniuersitates Germaniæ.
(O dulcissima recordatio!) In iis leges audiesque inaudita, vel
ad minimum hic non audienda. Causa non Te latent. Hoc moneo:
Reminiscere Eorum, quæ vera, & obliuiscere, quæ falsa me docuisse
persuasus eris aliquando certo certius. Ceterum nullius iures in ver-
ba & dubites de omnibus. His Te dimitto, & abeantem saluto. Au-
ditorem; redeuntem salutabo Doctorem. Deus Te seruet & efficiat,
ut tuus obtinendus honor superet meum obtentum. Vale vel millies.*

Gratia si Medicum decet obsequiumque, medenti
Gusovi mores perbene conveniunt.

In succum medicas sangvenque reducere chartas
Pergat; sudorem laurea certa manet.

Gratulabundus deproperabat

R. F BORN MANN P. P.

JOANNES ARND. P. P.

GUSOVIO suo S.

QVam præpostera hominum diligentia! Remotissima sectantur in-
curiosi proximorum. Antiquissima novissimis, absentia præsentibus,
aliena suis præferunt Eruditus & elegans quis non putatur, modo
antiquitatis multum, parum sui licet seculi teneat. Quanto studio, quan-
ta religione conquiruntur asservanturq; imagines clarorum virorum, quos
nunquam vidimus? quorum tamen honor & gratia, quasi satietate lan-
guesceret, si præsentibus essent. Quotusquisque suæ tam diligens domus
explorator, quam alienæ? Principum arces, cubicula ipsa, intimosque
secessus recludit, & in his arcana, famæ prodit, atque explicat curiositas
eadem, quæ intra contubernium, intra limen suum facta, vel ignorat, vel
negligit. Ad longinqua noscenda iter faciunt, mare transmittunt, pi-
gri & tardi ad ea, quæ sub oculis. Quicquid Ægyptus, Syria, aliave
miraculorum ferax commendatrixque terra tulit, audita, perlecta, lu-
strata habent, qui non oculis, ne auribus quidem cognoscunt patriæ
miranda. Adeo plerumque sordent domestica, usque ad finisteritatis
ac negligentia reprehensionem. Hanc, *Gusovi φίλοναδε*, a Te amo-
liris

liris! Delectaris naturæ operibus, quæ terra genuit, in qua genitus.
Ad exteros antequam pedem proferas, ante pedes posita docte perquiris.
Probatur omnibus hæc in patriam pietas, rectaque in juvene curiositas.
Eris civis aliquando percommodus, si extranea tam commode notaveris,
Abi felix, redi felicior, vive felicissimus.

Magno, crede mihi, semper cumulatur honore,
Qui solers Patriæ res didicisse cupit:
Quam qui contemnit merito contemnitur, atque
Ingrati civis nomen habere solet.

Tu prudenter agis, **RESPONDENS**, quando paternas
Historias tractas sanguineamque lacum,
Gratulor his ausis, Numen Patriamque precatus
Ut Tibi cum Patria prospera cuncta fluant.

*Paucis hisce Nobil. Dno. Respondenti Civi & Amico
suo suavissimo applaudere voluit*

JOHANNES WILHELMUS WEINREICH.

Marienburg. Pruss. Opp.

Sanguine nuper aquas vidit Tua Patria tinctas,
Tu varias causas, **SVAVIS AMICE**, refers.
Gratulor ex animo, Numenque imploro supremum,
Qui Te multiplici prosperitate beet

*Dissertationi Polit. Dni Respondentis Amici &
Contubernalis sui longe astumacisismi pauca
hæc adjicere voluit*


MARTINUS SCHWANWITZ


Thorun. Boruss. Oppon.

Wilstu Dir Werther Freund/ ein Ehren-Ziel auffstecken?
Wohlan! so fahr nur fort / in dieser Jugend-Blüht;
Und glaube festiglich / daß dir des Himmels Güte
Zum Lohn der Embfigkeit solch Kleinod werd' erwecken.

In diesen wenigen Zeilen wolte gegen den
Hrn. Respondenten seine gratulation dienst-
willigst abstatten/ dessen ergebenster

JOANNES KOWNACKI Mariab. Opp.





Biblioteka Jagiellońska



stdr0026814

